



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pvnct. XXIV. De excommunicationibus contentis in quinque libris  
Decretalium summo Pontifici reseruatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

bo ab solutio 4. num. 3. Nauart. cap. 27. numero 91. Sayrus lib. 3.  
cap. 28. numero 26.

16 Quinto ianior, seu ostiarius qui praetextu sui officij pertinet clericum etiam animo iniuriandi, absoluvi potest ab Episcopo quamvis perclusio grauis sit, modo enormitatem non attingat. Colligitur ex cap. si ver, de sententia excommunicat. & ibi Glosa & Doctoribus. Idem dicendum est de officiali, seu apparitore alicuius potestatis etiam laicæ, qui arcedo tui bani ex aliqua negligentiâ, non tam ex proposito Clericum percurrit, qui ab Episcopo absoluvi, si perclusio atroc non fuerit ex dicto cap. si ver. Quod si arrogando sibi iurisdictionem & quasi id licet præstare posset, & non in defensionem osti ibi commissi Ecclesiasticum percurret, nequam absoluvi posset ab Episcopo, esto perclusio quoad lachonem corporis leuis esset, qui grauis, & atroc est compariatione iniuræ statui Ecclesiastico facta: vt bene aduerterit Molina disp. 62. num. 2.

17 Sexto conceditur Episcopo, & illo deficiente cuilibet Sacerdoti absoluvi in mortis articulo. Ne quis ob defectum absolucionis eternam felicitate priuetur, & cruciatus aeternis addicatur: vt habetur in dicto cap. si quis suadere. 17. qu. 4. & cap. non dubium. Cap. eanofit. Cap. quod de his, de sententia excomm. Nomine articuli mortis periculum mortis ex quaenque causa proueniat, intelligitur. Vt ex communis sententia docet Nauart. cap. 27. num. 271. Couart. cap. alma. 1. §. 1. num. 8. Sayrus lib. 3. rheauri. cap. 28. n. 16. Molina disp. 63. in fine. Debet tamen absoluvi si fieri potest, exigi prius iuramentum de comparendo, cum primùm posse coram Sede Apostolica, vel eius Legato, aut alijs habente potestatem absoluendi, iuxta cap. ea noscitur. Capit. quod de his. & cap. quamvis de sententia excommunicat. Quod si postmodum noluerit comparere in similem excommunicationem incidet. Vt deciditur cap. eos qui, de sententia excommunicantur. 6.

18 Septimè non solum ob predictam necessitatem extremam, que grauissima est, absoluvi ab hac excommunicatione consti potest ab Episcopo, sed etiam ob quamlibet alieni necessitatem grauem, que norabiliiter reddat difficultem recursum ad sedem Apostolicam, eiusque legatum, quia benignitas Ecclesie non patitur diu fuos fideles penitentes excommunicatione obstricte esse. Argum. cap. ea noscitur. Cap. quod de his. Cap. quamvis Cap. mulieres. Cap. de cetero, & alii de sententia excommunicat. Et tradunt ferè omnes Doctores. Quapropter laborans terrena, vel quartana febrivel alio morbo, ob quem nequit absque graui difficiliter Sedi Apostolicae seu alijs habenti autoritatem absoluendi se prelentare, potest ab Episcopo absoluvi. cap. quad de his, de sententia excommunicat. Item debilis, seu membro aliquo destitutus ob cuius defectum absque graui incommodo non potest se Apostolicae Sedi prelentare, ab Episcopo absoluvi. cap. ea noscitur, de sententia excommunicat. Idem est est de nobilib. seu viro delicato qui laborem itineris non vallet sustinere. cap. mulieres. & cap. de cetero, de sententia excommunicat. Deinde pauper qui pro absolutione obtinenda cogendus est et mendicare, alias non solitus, quia haec obligatio nimis dura est, idcōque ob eam cauam excusat. cap. quamvis. & cap. de his de sententia excommunicat. Secūs effici, si professione mendicuisse, neque grauiores molestiam ipse vel ius familiæ ex accidia al Romana curiam patetur. Cap. ea noscitur de sententia excommunicat. Senibus vero eti fontes videantur, quia tamen ex se periculoso iter aggredirentur concedi absoluvi potest. Dicte. c. ea noscitur. & cap. quamvis de sententia excommunicat. Reputatur fener, si ultra septuaginta annum processerit. leg. 1. Cod. qui state. Deinde ob periculum itineris consuens ex inimicorum inuidiis, ex bello, ex peste, aliaque causa exculpati a Romano recurvi potest. Cap. de cetero. Cap. de his de sententia excommunicat. Praeterea ob debitam subiectiōnem, haec exculatio admittenda est, vt contingat ferus, libertini, & filii familiæ, qui absque graui danno eorum, quibus subduntur nequeunt Roman adire. Dicte cap. mulieres. & cap. relatum de sententia excommunicat. Requiritur autem in horum absolutione, ne iij quibus absoluendi subduntur fuerint delicti cooperatores, neve delictum atroc sit, vt ex suprad. cap. mulieres. & cap. relatum, constat. Tandem ob damnum alienum vitandum excusari ab itinere Romanæ curia aliquis potest. Hac enim ratione poterit excusari maritus, si ex eius discessu vxor, vel familiæ graue damnum patiatur. Parochus qui suos parochianos absque graui detimento nequirit deferre. Gubernator curiatus, qui absque subditorum graui detimento abesse nequit. Qui omnes eti possent pro absolutione ad Sedem Apostolicam mittere, & huc possunt ab Episcopo absoluvi, quia ius non imponit excommunicato obligationem mitigandi, sed comprehendit si possit. Quā potestas deficiente cestat obligatio, & conceditur Episcopo facultas. Vt ex communis tradit Nauart. cap. 27. num. 90. Molina disp. 64. num. 6. Sayrus lib. 3. cap. 28. num. 38. Bonac. t. 3. de censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 5. num. 10.

Hac dicta sunt spectato iure communī, & seculis prælegiis, nouisque iure Concil. Tridentini. Etenim in Concil. Tridentin. session. 24. capite 6. de reformatio omnibus Episcopis, seu Episcopalem iurisdictionem habentibus concedit potestas absoluendi ab hac, & ab omni alia excommunicatione, modo delictum occultum sit, neque ad forum contentiosum deducatur. Mendiocibus vero Religiosis ferè eadem facultas concessa est.

Pro predictis duo aduentanda sunt. Primum non est concedenda huic excommunicationis absoluvi, quia excommunicatio prius parti laicæ satisfactionem præstet, quantum commodè possit. Secundum, in eventu quo quis absoluvi ob temporale impedimentum exigitur, debet iuramentum comparandi coram Sede Apostolica, vel alia authoritate absoluendi habent. Quod si postmodum non comparverit in similem excommunicationem incidet, iuxta Texum in capit. eos qui, de sententia excommunicantur. cap. in 6.

#### P V N C T V M   X X I V .

De excommunicationibus contentis in quinque libris Decretalium, summo Pontifici referutatis.

- 1 Declaratur excommunicationis, quam incurrit nolens patere diffinitione sententia Legati Pontificis, in ea continua per annum perseverans.
- 2 Qui falsas litteras se habere cognoscit, tenetur sub pena excommunicationis infra 20. dies destruere, aut resarcire.
- 3 Clerici qui cum excommunicatis à Pontifice participant in officiis Diuinis, excommunicationi reservata subiciuntur.
- 4 Impontentes, exigiturque tributum à personis Ecclesiasticis excommunicantur.
- 5 Aliqui incendiaries affirmant excommunicatione esse immunitos. Sed verius est oppositum.
- 6 Iudices qualiter teneantur adulterii incendiarios excommunicatione proferre, declaratur.
- 7 Prolata sententia excommunicationis aduersus incendiarios, qui in illam incurvantur.
- 8 Contraria excommunicatione, si iudex excommunicatum publicer, eius absoluvi Pontifici referatur, vbi destinatur qualiter facienda sit hac publicatio.
- 9 Effractores, spoliatoriisque Ecclesiistarum excommunicantur.
- 10 Explicatur in quo Textu hac excommunicatione continetur.
- 11 Vi huic excommunicationi sit locus, debent satigare Ecclesiastiam effingere, illamque spoliare.
- 12 Quid nomine Ecclesia ibidem intelligatur?
- 13 Hac excommunicatione post denunciationem Summo Pontifici referatur.

Prima excommunicationis, quæ refertur à Nauart. cap. 27. num. 93. Sayro lib. 3. cap. 29. num. 1. Suar. disp. 22. lib. 1. num. 1. Filiuccio tract. 15. cap. 2. q. 2. Toler. lib. 1. cap. 35. habetur in cap. quarenti, de officio delegati, vbi excommunicatus a Delegato Pontificis, eo quod eis sententia definita patere noluerit, si per annum in excommunicatione pugnauerit absoluvi illius excommunicationis Pontifici referatur. Hac tamen excommunicatione non est ipso iure lata, sed a Delegato ferunt per sententiam, neque directe sedi Apostolica referatur, sed indirecte quatenus elaplo anno nullus est qui ab hac excommunicatione absolueret potest præter Pontificem. Non inferior delegato, vt de se conflat, neque etiam ipse delegatus, siquidem post annum finium cestati illius iurisdictionis ex d. cap. quarenti, & ex cap. studiis, de officio delegati. Ut aduerterit Toler. & Suar. loc. alleg. t. 1. de censur. disp. 2. q. 3. p. 22.

Secunda habetur in cap. dura, de criminis falsi in hac verbis. Statuimus, ut generali sententiæ excommunicationis promulgatis, quæ per singulas parochias faciat se frequenter innoveri. Quod si quis falsas litteras se habere cognoscit infra 20. dies litteras illas aut destruet, aut resigne, si paucam excommunicationem valuerit evadere, quā nisi forsan in mortis articulo sine speciali mandato nostr. a quoquam nolimus relaxari, nec etiam presumpta fuerit contra hoc absoluvi quaque habet firmatis. Notandum est in predicto Texu nullam sententiam excommunicationis, sed solum præceptum diocesano imponit, vt excommunicationem pugnaret aduersarios, qui litteras Sedis Apostolicae falsas habent, neque eas delinquent, vel refutant. Quare retinens falsas litteras, dum à diocesano non promulgatur excommunicationis sententia, in nullam excommunicationem incidit. Promulgata autem à diocesano

no excommunicatione, quæ promulgatio fieri potest per generalem, vel specialem sententiam, tenetur intra virginis dies computandos a die promulgationis nota predictas litteras falsas destruere, vel resignare Diocesano, vel alteri Pontificiam iuris. Quoniam defendantis alia excommunicatione innodabatur, à qua nullus alias præter Pontificem extra mortis articulum cum valebit absoluere. Vt tradunt alii relativi Sayrus lib. 3. thesauri, c. 2. a. n. 3. Suar. disp. 2. sect. 2. à 2. Fillicius tract. 1. cap. 2. quæst. 4. Bonac. t. 3. de censor. in partie. disp. 2. q. 3. punct. 4. Ex his constat hanc excommunicationem diuersam esse ab ea quæ habetur in c. ad falso sanguinem de criminis falsi, aduersus falsificantis litteras Apostolicas, & de qua dictum est pum. præcedent. §. 7. vt bene adserit Sayrus loco citato.

Tertia furtur in cap. significavit, de sententia excommunicata, aduersus Clericos qui cum excommunicatis à Pontifice participant in officiis Divinis scienter, & sponte. Plures condicione exigunt Doctores ad hanc excommunicationem intendentiam. Prima, vt excommunicatus sit à Pontifice non videntur, sed judicialiter, nominatum, ut ex communione doceat Sayr. lib. 3. c. 29. n. 6. Nau. c. 27. n. 93. Suar. de censor. disp. 10. sect. 2. n. 4. Aula 2. p. e. 6. d. p. 10. dub. 2. Fillicius tract. 1. c. 7. q. 2. n. 16. Bonac. t. 3. de censor. disp. 2. q. 2. p. 3. num. 3. Barbofa de potest. Epis. alleg. 50. num. 88. Secunda, vt si participet clericus sit, quia textus de iis tantum loquitur, vt confitit ex illis verbis. Forum Clericorum. Præterquam quid solis Clericis competit admittere ad diuinam. Nomine Clericorum in materia penali religio non comprehendantur: vti aduersit. Bonac. dicta disp. 2. q. 5. pun. 3. num. 5. Tertia, vt participet admittendo, & recipiendo excommunicatum ad prædicta Divina officia. Nam Textus hanc participationem expresse significavit dicens: Participauerint excommunicatos à nobis, & iplos in officiis receperint. Particula & quæ coniunctiva est modum participationis expresse. Quapropter Clericos aduersos Divini officii tanquam unus de populo cum predicto excommunicato hanc excommunicationem non contrahit. Scutu aduersit. Caiet. verbo excommunicatione. cap. 52. Barbofa dicto num. 88. Sayrus lib. 3. thesauri, cap. 29. num. 6. Bonac. dicta disp. 2. quæst. 5. punct. 3. num. 3. Quarta vt hæc ad illis scienter, & sponte fiat, id est cum scientia excommunicationis Pontificis, & absque villa mea, vele morte. Scutu notauerunt Nauarri. Sayrus, Suar. Barbofa, Bonac. loc. alleg.

Quarta excommunicatione lata est in cap. Clerici de immunitate Ecclesiæ imponentes, exigentisque tributum à partibus Ecclesiæ. De qua excommunicatione, & qualiter reducta sit ad terminos Concilij Lateranen. in c. Non minus, &c. Aduersus, eodem tit. fatis diximus disp. 2. præced. punct. 9.

Quintum deducunt plures Doctores ex cap. tuos nos, de sententiæ excommunicatæ, vbi confutat Pontifex, an illi tantum qui manus violentias in Clericorum iniecerunt sint ab ipso absolvendi inquit: Fraternitate tua taliter respondemus, quod non solum qui in Clericorum temerariis manus inieciunt, sed etiam incendiarii, ex quo sunt per Ecclesiæ sententiam publicati per absolutionis beneficio ad Apolliticam Sedem sunt mirendi. Ex hoc textu inferi fatis probabilitate Bonacina t. 3. de censor. disp. 2. q. 3. pun. 43. num. 1. Omnes incendiarios excommunicatione innodant. Tum quia Pontifex illo equiparat Clericorum percultoribus, qui ipso iure excommunicati sunt. Tum & præcipue, quia sibi referunt excommunicationis absolutionem, postquam ipsi incendiarii fuerunt per sententiam publicati. At publicatione excommunicationis, & absolutionis reseruatur excommunicationem supponit. Ergo supponit Pontifex incendiarios esse excommunicatos. Vel saltem eos prædicti decreto excommunicatos, ut cius dispositio locum habeat. Alij vero scilicet Glosa in dicto cap. tuos nos, verba publicati. Et ibi Panormita. Sylvest. verb. Excommunicatione. 7. n. 3. Angel. excommunicatione. 5. cap. 6. Tabiena eadem, cap. 7. censat ipsi iure excommunicatione innodant incendiarios Ecclesiæ, non vero alterius loci profani, sed per sententiam Episcopi. Huius sententia nullum video speciale fundamentum, cum nullus sit Texsus ex quo colligi posse Ecclesiæ incendiarios excommunicatione affici potius quam cuiuslibet alterius loci, maximè cum Texsus in dicto cap. tuos nos, generaliter aquatur. Quapropter veriori reprobatione Caietani, vorbo excommunicatione, cap. 22. Nauar. cap. 27. numero 94. Toleti lib. 1. cap. 3. 6. num. 4. Sayri lib. 3. thesauri, cap. 2. 3. num. 8. Suar. disp. 2. 2. de censor. sect. 2. num. 19. Fillicius tract. 1. cap. 2. q. 5. Barbofa 2. p. de potest. Epis. alleg. 50. num. 89. nullum incendiarium excommunicatione affici ipso iure, sed potius diocesanam sententiam. Moneor, quia est communior sententia, & quia nullus est Texsus hanc excommunicationem: ipso iure infligens. Nam Texsus in cap. si quis membrorum, loquens de dominorum incendiariis non peccat excommunicationis, sed interdicit ab ingressu Ecclesiæ viderit apponere, ibi: Ecclesia se priuatum agnoscat excommunicationem autem ferri mandat, si possit.

Secundam, & tertiam conventionem tunc in quibus angustus non ostendatur, ibi: Ab omni Christianorum collegio separatur. Innocent. verò II in cap. pessimam, endem causa, & q. præcepit excommunicandum qui malo animo, & studio constitutus incendiarium fuisse, sive ad incendium confilium auxiliūm dedit. In cap. autem tua nos, de sententia excommunicata, expresse excommunicatione non fertur, vt de se constat neque etiam tacite: nam incendiarii percultoribus clericorum non absolvit acquirantur, sed postquam fuerint per sententiam publicatis, quia media tantum sententia in excommunicatione incidit. Agnoti namque Pontifex nullum incendiarium ipso iure excommunicare, sed excommunicandum esse per sententiam, utra dictum Texsus in cap. se quis, & cap. pessimam. Quia lenitudo prolatæ, & publicata absolutionem sibi refutat, iuxta dispositionem dicti cap. pessimam, vbi Episcopis, & Archiepiscopis prohibet sententia aduersus incendiarios late relaxationem. Ex his soluit fundatum, quo dulcis est Bonacina aduersus communem sententiam. Factor namque excommunicationis publicationem, & illius absolutionis reteruationem, excommunicationem supponere, nego tamen supponere contractam ipso iure, sed per sententiam judicis ante publicationem latam.

Posito autem in prædicto Texsus, neque alibi excommunicationem aduersus incendiarios latam ipso iure esse, sed necessarij intervenire debere sententiam iudicis, dubium est, An Iudices tenentur eas excommunicationem profere? Cui dubitationi respondeo obligari si calus dicti cap. si quis & cap. pessimam 23. q. 8. contingit, qui certe solum videtur esse quando delictum est publicum, & scandalosum, & delinquens notus est. Tum quia in cap. si quis secundo, & tertio reconvenit prilus debet. Tum quia post latam excommunicationem si mortuus fuerit Ecclesiastica priuata sepultura, quod fieri nequit cum delinquentे ignoto. Extra prædictum causum iudicis arbitrio relinquitur, an expediat aduersus incendiarios generalem, vel specialem sententiam profere. Ut docet Bonac. com. 3. de censor. disp. 2. quæst. 3. punct. 43. in fine.

Prolatæ vero sententia excommunicationis aduersus incendiarios, in illam incidit qui malo studio sive ex odio, sive pro vindicta alienas segetes, domos, prata, & similia incendiunt, quia hic tantum reputandus est incendiarius, non qui ex negligencia etiam culpabilis incendium fecit: iuxta Texsus in dicto c. pessimam, & notauit. Caiet. dicto cap. 22. Suar. num. 20. Sayrus num. 10. Bonacina num. 3. Neque opus est hoc delictum plures perpetrare, vt haec excommunicatione sit locus. Satis enim est si semel fuerit commissum, vt incendiarius sit, & nuncipatur, sicuti fatus est ad homicidium nomen hominem semel occidere: vt bene notauit Suar. dicta sect. 2. num. 20. 21. Bonac. disp. 2. quæst. 3. punct. 3. numero 4. Sayrus dicto lib. 3. cap. 29. num. 11. An autem verè incendiarius sit qui præcipit, consulit, seu ad incendium cooperatur? Affirmat Sayrus dicto 29. num. 1: argum. cap. pessimam. 23. q. 8. Sed contrarium venit existimare: quia hac non est incendiarius, homocidax, adulteri, raptori non ex concusso morali; sed ex physico desumuntur aliquid enim est incendiarius, aliud incendium præcipere; incendiarius namque sic ob incendium appellatur, non ob incendi præceptum, consilium, morale, & cooperationem.

Contraria excommunicatione si iudeo excommunicatum publicet, eius absolutioni Pontifici telefueratur, tametsi non defuit plures Doctores teste Tolero lib. 1. sum. cap. 3. num. 4. qui affirmant incendiarios excommunicatos ab Ordinario, & ab eodem publicatos absoluvi ab Ordinario posse. Sed qualis debet esse non conuenient Doctores. Nam Suar. disp. 2. sect. 2. n. 18. Fillicius tract. 1. cap. 2. q. 5. n. 5. Bonacina. 3. de censor. disp. 2. quæst. 3. punct. 43. num. 6. affirmant sufficere generalem publicationem, quia diaconatus publicè pronuntiet omnes incendiarios esse excommunicatos; quia textus de publicatione sententia contra incendiarios quatenus hoc viuio affecti sunt loquitur, non de publicatione personarum quatenus tales sunt. Sed recte Glosa, Abbas in dicto casua nos Caiet. verbo Excommunicatione. cap. 22. Nauar. cap. 27. num. 94. Sayrus lib. 3. cap. 29. num. 12. Toleti. lib. 1. cap. 3. num. 4. & alii censuerunt publicationem faciendam esse specialem, & expressam delinquentum. Nam illa generalis publicationis, qua omnes incendiarios excommunicati esse declarantur, posito quod huic criminis per generalem sententiam excommunicationis annexa sit superflua est, cum sat omnibus constiteret posita tali sententia incendiarios excommunicatos esse. Non igit credendum est de hac generali publicatione Texsus loqui, quia non est publicatione personarum, sed delicti. Item ex vi illius generalis publicationis nullus incendiarius nouus est sed quæ occulus manet, ac si nulla publicatione facta esset: at textus videtur locutus de publicatione, qua delinquentes publicentur, manifestentur, & noti sint. Argum. Extrinsecus. Ad evitanda scandalata. Ergo non de publicatione illa generali.

9. *Sexta excommunicatio sumitur ex cap. conquest. 22. de sententiis excommunicatis.* vbi Ca. onici Reginen. Ecclesiæ conqueristi sunt Pontifici; quod Malafrena, eiusque sequaces quoddam Ecclesiæ Reginen. Episcopatus violenter confrangerunt; scilicet que spoliari minime dubitamus. Cui querela responderet Pontifex: *Mandamus quatenus si est ita, memoratos sacrificios excommunicatos nuncietis. Et faciat sicut excommunicatos arctius euitari, donec possit iniuriam congruam faciat, & dannum pro eius datarsciantur. Et cum litteris vestris rei veritatem continentibus Apostolico se conspectui presentem.* His Textus est specialiter de confringentibus, spoliabitibusque Ecclesiæ Reginen. Episcopatus loquatur, ac eius deciso pro lege susceptra est ab Ecclesiæ. Vt omnes Doctores supponunt, & notauit Bonac. t. 3. de censur. disputa. 2. q. 3. p. 12. num. 11.

10. Grauius tamen est controversia; at in predicto Textu fertur ipso iure excommunicatio aduersus effractos spoliatoresque Ecclesiæ, an supponatur alibi lata, vnum enim ex his necessarium est affirmandum: nam cum Pontifex principia Ordinaria hos delinquentes excommunicatos nunciari, ut arctius euitari, si sane excommunicatos esse, vel in hoc Textu excommunicari, enunciatio enim & publicatio excommunicationis supponit: *Gloia, & Panormit. in dicto cap. conquesti.* Nauarr. cap. 27. num. 94. Caiet. verbo Excommunicatione cap. 21. & alii negant in hoc Textu excommunicationem ferri tamen esse in cap. canonica. 11. quest. 3. ibi: *Ecclesiæ Dei violatores anathemate, & iudicio sancti Spiritus e gremio sancta Matris Ecclesiæ, & consortio totius Christianitatis eliminamus.* Item in cap. omnes Ecclesiæ. 7. q. 4. vbi Lucas Pontifex inquit: *Omnis Ecclesiæ raptore, atque suarum facultatum alienatores à liminis sanctæ Matris Ecclesiæ asthamatizamus.* Præterea in cap. quatuor eadem causa. Q. 9. dicitur: *Si quis dominum Dei violauerit, & aliquia sine licencia illius cui componit esse dignoscitur, inde abstulerit, sciat se communione esse priuatum.*

Ceterum verius censio ex predictis textibus non sat colligi excommunicationem tamen esse, ferri tamen tacite in hoc cap. conquesti. Quare fuit sententia Azor. i. p. lib. 9. cap. 27. q. 12. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 6. Sayri lib. 3. thesaur. cap. 29. num. 14. Suar. disput. 22. de censuris. act. 2. num. 10. Graffis 1. p. lib. 2. cap. 28. num. 12. Reginaldi lib. 19. num. 60. Bonac. dis. 2. q. 3. p. 12. n. 1. August. Barbosa 3. p. de potest. Ep. 1. alleg. 50. num. 90. Priori patrem probo, respondente Textibus in contrarium adductis. Et quidem cap. canonica, & cap. omnes Ecclesiæ, non statuunt legem neque excommunicationem imponunt Ecclesiæ violatoribus, sed referunt quid in illo delicto Ecclesiæ præfaretur solerit, vt ex tenore texuum liquet. Caput vero quod non sententiam tamet, sed ferendam continet, ut manifeste indicante subsequence verba, ibi: *Qui infringunt monasteria, & loca Deo dicata, & Ecclesiæ, & deposita, vel alia qualibet inde abstrahunt, velut sacrilegi canonica sentientia subigantur.* Quapropter illa verba antecedentia: scilicet se communione esse priuatum intelligenda sunt accende sententia. Præterquam quod non satis constat qua communione priuandi essent. Adde si in predictis Textibus excommunicatione continetur ob quamlibet Ecclesiæ, & loci p[ro]i[mo]i violationem, & illius bonorum usurpationem contrahenda est. At id communis sententia negat, ergo in predictis Textibus nulla excommunicationis sententia ipso iure continetur. Ex quo secunda pars conclusionis conq[ui]statur, nam cum denunciatio excommunicationem necessarii supponat, & hæc excommunicatione latet non sit Textibus antiquioribus cap. conquesti, si sane ipso cap. conquesti ferri excommunicationem: sensus namque illorum verborum, memoratos sacrificios excommunicatos nuncietis, id est nuncietis eos factiles esse excommunicatos, quia ex uno eis excommunicamus. Scilicet si Pontifex diceret, si ita est memorati sacrilegi noverint se esse excommunicatos nuncietis: excommunicationem ipso iure per illam legem ferret; sic censendum est supradictis verbis excommunicatos nuncietis excommunicationem tulisse.

11. Ut autem hi sacrilegi hac afficiantur excommunicatione duplex delictum committere debent. Primum Ecclesiæ effringere. Secundum illam spoliare, quia textus vñs est dictio copulativa, quæ virtutique extremum ad sui veritatem requirit, iuxta leg. si quis ita spoliatus, ff. de verborum obligat. Et tradit. Suar. disput. 22. sect. 2. num. 11. Bonac. dis. 2. quest. 3. part. 2. num. 9. Barbosa 3. part. de potest. Ep. 1. alleg. 50. num. 90. Ille autem censetur Ecclesiæ effractor qui eius parientes fudit, vel suffudit, rumpit beneficium, oltum, vestes, & similia. Quinimo Sylvest. verbo excommunicatio 5. num. 16. Sayri lib. 3. cap. 29. num. 16. censente effractorem esse qui violenter vestem debilem facit edere loco. Sed rectius Bonacina dicta disput. 2. quest. 3. p. 12. num. 3. negat: quia illa actio est tantum aperio, non effractio, cum nihil Ecclesiæ effringat. Hinc a fortiori constat effractorem non esse qui clavi adulterina Ecclesiæ ingreditur, scilicet norantur Bonac. Suar. Sayri, Barbosa loc. alleg. spoliator vero est qui

Ecclesiæ bona rapit, furat, destruit, seu alio modo iniuriat Ecclesiæ, denudat, suisque bonis priuat, vi tradit, dicit Doctores. Vnde malitiosè incendens Ecclesiæ hac excommunicatione innodatur, quia simul est spoliator, & effractor: vti tradit Nauarr. cap. 27. num. 94. Suar. sect. 2. num. 6. 9; p[ro]p[ter]e 12. num. 4.

Nomine Ecclesiæ tradunt Panormit. in dicto cap. conquesti. Nauarr. cap. 27. num. 94. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 6. Suar. dis. 22. sect. 2. num. 17. Sayri lib. 3. cap. 29. num. 18. Barbosa alleg. 50. num. 90. Fillius trad. 1. 5. cap. 2. quest. 5. num. 53. Bonac. tom. 3. dis. 2. 9; p[ro]p[ter]e 12. num. 4.

Nomine Ecclesiæ tradunt Panormit. in dicto cap. conquesti. Nauarr. cap. 27. num. 94. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 6. Suar. dis. 22. sect. 2. num. 17. Sayri lib. 3. cap. 29. num. 18. Barbosa alleg. 50. num. 90. Fillius trad. 1. 5. cap. 2. q. 6. intelligi non debet, sed etiam Hospitalia, Monasteria, & aliae loca; quia haec constitutio lata est in fauorem Ecclesiæ, ac propria nomine Ecclesiæ late accipendum est. Sed contrairem spacio iuri rigore, verius existimarem cum Bonac. dicta dis. 2. quest. 3. p[ro]p[ter]e 12. num. 6. quia isto haec constitutio in fauorem Ecclesiæ cedat, ab solute tamen penalitatem est, ergo non debet ultra proprietatem verborum extendi. A recente proprietate verbi Ecclesiæ, & viisque communis, non veniente Hospitalia, aut Monasteria, vt de constat. Ex qua ratione credem aduersus Suar. dis. 22. sect. 2. num. 11. Bonac. dict. 2. q. 6. p[ro]p[ter]e 12. num. 6. Barbosa alleg. 5. num. 90. neque etiam sacrificium tamet, si Ecclesiæ coniunctam, intelligi; quia non est formaliter Ecclesiæ, sed quid Ecclesiæ accessorum; alias conuenient Ecclesiæ annexus & contiguus intelligentius est. Neque obest regula accessorum, quia sacrificia accessoria est Ecclesiæ quoad edificium, sed non quoad leges personam, vel fauorem spectantes, nisi id expresse caurum fuerit, sicut in materia interdicti cautum est, capite si ciuitas de sententi excommunicatione, alias Ecclesiæ pollutor est, qui in sacrificia fomicatur, vel langui nec humanum violenter effundere.

Excommunicatione contracta ante ordinarii denunciatio: 1) nem nulla est reservatio: at post denunciacionem nulla est reservatio: at post denunciacionem ordinarii summo Pontifici reseruatur, ut confitatur ex ultimis verbis dicti cap. conquesti, ibi: *Apostolico se conspectui presentem, si sunt noranti Nauarr. Tolet. Sayri, Suar. Bonac. Barbosa locis allegantur. Sed qualis denunciatio sufficiat?* Bonac. dis. 2. quest. 3. p[ro]p[ter]e 12. num. 14. censetur sufficere generalem, quia omnes effractores, spoliatori Ecclesiæ publicantur excommunicationi. Sed rectius censuit oppositum Nauarr. cap. 29. numero 94. Suar. sect. 2. numero 19. Sayri cap. 29. numero 14. Fillius numero 53. Barbosa numero 90. quia debet esse denunciatio, quæ sacrificia faciat notos; alias non faceret eos arctius, quam ante publicationem vitari, ut inquit Textus.

## P V N C T V M X X V.

Expenduntur excommunicationes reseruatae in sexto libro Decretalium.

1. *Excommunicantur omnes Dynasta, qui sine licencia Sedi Apostolica se introrsum in electione Senatoris, Patricij, aut Rectoris Urbis Romanae.*
2. *Imponentes tributa Ecclesiasticis personis excommunicantur.*
3. *Item iniquentes hostiliter Cardinalem S. Romana Ecclesiæ.*
4. *Item qui tam tempore conclusi, quam alio tempore domus cuiusque Cardinalis inaudunt.*
5. *Item non reluentes conformatiōnem in Cardinalem.*
6. *Item qui vexauerint eos, qui censuras excommunicationis, suspensionis, vel interdicti tolerint.*
7. *Comprehendunt mandantes, & præcipientes.*

Prima excommunicatione Pontifici reseruata contenta in sexto libro Decretalium referuntur in cap. fundatione electione lib. 6. ibi enim præcipit Pontifex Nicolaus IV. nem Imperator, Rex, Marchio, aliisque quicunque notabilis præminentia, dignitatis, seu excellentia, eostumque fratres, filii, ac nepotes sine licencia Sedi Apostolica nominatione, electio, vel assumptione in Senatorum, Capitulum, Patricium, aut Rectorem Urbis Romæ assentiantur, vel se introuant per se, vel per alios. A quo præcepto excipiunt eos qui originem trahunt ex Urbe, aut in ea continuum habent habitationem, etiam prædictorum filii, ac nepotes sint, quinquo etiam Comitatum, aut Baroniam habeant extra Urbe; dummodo inferioris conditionis, & excellentie sit supradictis Romanis dignitatibus, ut merito ex illius vñs nullum dignitatis Romanis prædictiū timeri possit. Deinde statuit, ne illis in prædictis dignitatibus eligatur ultra annum absque expressa Sedi Apostolica licentia in scriptis obtenta. Qui ergo contra prædictam constitutionem nominant, eligunt, vel afflunt aliquos ad predicta officia, vel nominatione electionis assumptioni de se factæ ultra annum consentiant, aut se de ipsius